

1915

Jueves 30 de Septiembre

18

---

# BOLETIN OFICIAL DEL OBISPADO DE LEÓN

---

**SUMARIO.** — Documento pontificio.—Patronato de la Obra Pía de Jerusalén.  
Constitución apostólica acerca de las tres misas en el día de Difuntos y decreto acerca de lo mismo.—Decretos de la S. C. de Ritos.—Oración de las Letanías Lauretanas. —DOCUMENTOS CIVILES.—Importante resolución acerca del pago de Consumos.—Conferencias morales.—Consagración del Sr. Obispo de Plasencia.—Suscripciones abiertas en el Obispado de León. Santas Misiones.—Necrología.

---

## Documento Pontificio

---

Honramos las columnas de este BOLETIN con la publicación del siguiente documento Pontificio, que el Emmo. Sr. Cardenal Primado, Arzobispo de Toledo, ha remitido a nuestro Ilustrísimo y Reverendísimo Prelado.

## Secretaría de Estado de Su Santidad

---

NÚM. 9.404

Del Vaticano 9 Septiembre 1915.

EMMO. Y RVMO. SR. MIO MUY DISTINGUIDO:

Me es muy grato hacer sabedor a Vuestra Eminencia de que el Padre Santo se ha dignado benignamente con-

testar con un precioso autógrafo suyo a la carta de homenaje filial, que le envió Vuestra misma Eminencia con sus demás venerados colegas en el Episcopado.

Entretanto me complazco en remitirle aquí adjunta dicha carta autógrafa de Su Santidad, y gustoso aprovecho la ocasión de renovar el testimonio de profundísimo obsequio, con que, besándole muy humildemente las manos, tengo el gusto de repetirme de Vuestra Eminencia humildísimo, muy obligado verdadero servidor, † *P. Card. Gasparri*.—Señor Cardenal, *Victoriano Guisasola y Menéndez*, Arzobispo de Toledo.

(*Con autógrafo Pontificio*).

---

DILECTO FILIO NOSTRO  
VICTORIANO TIT. SS. QUATUOR CORONATORUM  
S. R. E. PRESB. CARD. GUIASOLA Y MENÉNDEZ  
ARCHIEPISCOPO TOLETANO CETERISQUE  
ARCHIEPISCOPIS  
ET EPISCOPIS HISPANIAE

**Benedictus PP. XV**

*Dilecte Fili Noster et Venerabiles fratres  
salutem et apostolicam benedictionem*

Pie studioseque colere Jesu Christi Vicarium vetus et nobilissima laus Hispanorum est: sed huius pietatis atque studii cum praeclarissima omni tempore existiterint documenta, tum nullum praeclarius quam quod Nos

nuper a vobis, dilecte Fili Noster et Venerabiles Fratres,  
accepimus Litteras intelligi volumus, quas Nobis misis-  
tis singuli eodem exemplo, utpote ab una eademque in  
Nos omnium voluntate profectas. Nam quid animum  
Nostrum, ex hac diuturnitate et propagatione luctuosissimi  
belli aegrum ac miserum, magis consoletur quam  
ista, amantissimis filiis digna, cura ut Nostram aegritudinem  
reddatis participando leviorem, iidemque, Nobis cum  
supplices, tantae calamitatis a divina clementia fi-  
nem imploretis? Quid autem tam dilaudandum, quam  
vos maximas habere, ut facitis, Deo miserenti gratias,  
qui hoc diro intactam incendio Hispaniam reliquerit?  
Eo vel magis, quod cum vestra ipsorum securitate singularis  
quaedam de Nobis sollicitudo coniungitur. Iam  
diu enim in hac Urbe, catholici orbis principe, conditio  
Romani Pontificis non sane est eiusmodi ut in ea Is possit  
unquam pro apostolici officii religione acquiescere. Sca-  
tet res ipsa talibus vitiis, ut nulla hominum voluntate  
sanabilis, uti est constituta, videatur. Conditionem vero,  
pacatis rebus, tam asperam, patet multo asperiorem eva-  
sisse, ex quo in dimicationem ipsa quoque descendit Ita-  
lia. Hoc vos nimirum, aequa ac studiosissimum quemque  
Nostri, sollicitos habet: videtis enim novas Nobis neces-  
sario allatas difficultates ad gubernandam Ecclesiam; nec  
potestis vacui esse a timore, ne quando in summas hic  
adducamur angustias. Quod igitur, Maiestatem Regis  
Catholici vos secuti, vestro et omnium civium nomine,  
liberalissime profitemini, si tempus inciderit ut aliquo  
perfugium quaeramus, Hispaniam sibi beatam visuram,

si eius uti velimus hospitio, equidem generosos spiritus gentis Nobis deditissimae agnoscimus, nec dubitamus quin novum mooerorem Nobis Hispania omnibus pietatis officiis esset consolatura. Sed tamen, gratissimum in primis augusto Principi, tum vobis omnibus testantes animum Nostrum, vota facimus magnisque precibus petitus a Deo, ne ad breve quidem tempus sinat unquam necesse esse ut Nos eo fruamur, quod tam humaniter carissimus Filius Noster Alfonsus Rex vosque pollicemini. Nobis enim tum demum foret—quod ipsi timetis—maximo sane cum Ecclesiae damno luctuque exsulandum, cum asperitas rerum, in quibus versatur Apostolica Sedes, ad extrema devenisent. Quare agite, et, patrocinium adhibentes Virgines Deiparae, obsecrare pergitte Sacratissimum Cor Iesu, ut effusione suae caritatis hominum inter homines invidiam opprimat, suaequa pacis regnum tandem in terris restituat.

Auspicem divinorum munerum ac testem praecipuae benevolentiae Nostrae, apostolicam benedictionem vobis, dilecte Fili Noster et Venerabiles Fratres, universaeque Hispaniae amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum XV mensis augusti anno MCMXV, Pontificatus Nostri primo.

BENEDICTO PAPA XV.

---

A NUESTRO MUY AMADO HIJO  
Victoriano, del título de los Santos Cuatro Coronados,  
de la S. R. I. Presbítero Cardenal Guisasola y Menendez  
ARZOBISPO DE TOLEDO  
y a los demás Arzobispos y Obispos de España

**Benedicto PP. XV**

Amado hijo Nuestro y Venerables Hermanos  
**SALUD Y APOSTÓLICA BENDICIÓN**

Es gloria antigua y nobilísima de los españoles la piadosa y ferviente devoción al Vicario de Jesucristo; pero si en todo tiempo existieron pruebas preclarísimas de esta piedad y amor, ninguna tan ilustre como la que de vosotros, amado Hijo Nuestro y Venerables Hermanos, acabamos de recibir. Nos referimos a las cartas que cada uno Nos enviásteis, todas del mismo tenor, como nacida de una sola voluntad para con Nós. Porque ¿qué mayor consuelo para nuestro triste y afligido corazón que ese cuidado, digno de hijos amantísimos, por hacer más ligera Nuestra pena con vuestra participación, y esas súplicas unidas con las Nuestras para implorar de la divina clemencia el fin de tamaña calamidad? ¿Qué cosa más digna de alabanza que las gracias, que dais al Dios misericordioso, por haber conservado a España intacta de tan voraz incendio?

Tanto más, cuanto que con vuestra seguridad propia se junta una singular solicitud por Nós. Porque hace ya tiempo que la situación del Romano Pontífice en esta ciudad, cabeza del orbe católico, no es ciertamente tal que

pueda Él en manera alguna conformarse con ella según el deber sagrado de su oficio apostólico. Abunda de suyo este estado de cosas en vicios tales, que no parece pueda sanearlo, tal cual está constituido, voluntad ninguna humana. Pues, situación tan difícil en tiempos normales, claro está que se ha empeorado desde que Italia descendió también a la lucha.

Esto con razón, os tiene a vosotros preocupados, como a quien más Nos ame; porque veis que se Nos han aumentado necesariamente nuevas dificultades para el gobierno de la Iglesia; y no podéis menos de temer que tal vez lleguemos aquí al último extremo.

Pues bien: en lo que vosotros, siguiendo a la Majestad del Rey católico, generosísimamente ofrecéis en vuestro nombre y en el de todos los ciudadanos, de que si llegare la ocasión de tener Nós que buscar asilo en alguna parte España se consideraría dichosa si quisiéramos aceptar su hospitalidad, echamos bien de ver el noble espíritu de un pueblo devotísimo nuestro; y no dudamos de que España consolaría Nuestra nueva angustia con todos los oficios de la piedad. Más sin embargo, al testimoniar nuestro entrañable agradecimiento, primero al augusto Príncipe y luego a todos vosotros, hacemos votos y pedimos a Dios con fervientes súplicas que no permita jamás que, ni aún por breve tiempo, sea necesario que Nós gocemos de lo que Nuestro amadísimo Hijo el Rey Alfonso y vosotros tan cariñosamente Nos prometéis. Porque Nós tan sólo saldríamos al destierro, con grave daño y luto de la Iglesia,—como teméis vosotros mismos,—cuando las ásperas circunstancias, en que se halla la Sede Apostólica, llegasen al extremo.

Por lo tanto, animáos, e implorando el patrocinio de la Virgen, Madre de Dios, continuad rogando al Sacratísimo Corazón de Jesús que con la efusión de su amor hacia los hombres sofoque entre los hombres la envidia, y restituya, por fin en la tierra, el reino de su paz.

A Vos, amado Hijo, a Nuestros venerables Hermanos y a España entera, damos amorosísimamente Nuestra Apostólica bendición, presagio de las divinas gracias y testimonio de peculiar benevolencia

Dado en Roma, en San Pedro, a quince del mes de Agosto del año mil novecientos quince, de Nuestro Pontificado el primero.

BENEDICTO PAPA XV.

---

## MINISTERIO DE ESTADO

---

### *Sección 3.<sup>a</sup>.—Obra Pía.—Copia.*

«Procuración general de Tierra Santa.—Jerusalén.

Fr. Aquilino L'aneza, Procurador general de Tierra Santa en Jerusalén:

Certifico de haber recibido una letra de cambio por valor de treinta mil ciento cuarenta y dos francos y setenta y cinco céntimos, que por Orden Real emitió el Banco de España en Jerusalén, y que, la mencionada suma proviene de lo recaudado en las diócesis del Reino durante el año 1913 para ser empleada en la reparación de los Conventos e Iglesias de la Corona en Tierra Santa.

Para que conste firmo el presente certificado en Jerusalén a 15 de Abril de 1914.—(Firmado), Fr. Aquilino Llaneza, Procurador general de Tierra Santa = Excelentísimo Sr. D. Servando Crespo Bocolo, Jefe de la Sección de Obra Pía.—Madrid, —Está conforme, Servando Crespo,

# Patronato de la Obra Pía de los Santos Lugares de Jerusalén

**RELACIÓN** de las cantidades recaudadas por los Señores Comisarios de Diócesis, en concepto de limosnas, mandas testamentarias, etc., y remitidas por los mismos a este Centro durante el año 1914, que en virtud del Real decreto de 27 de Diciembre de 1888 se envian a Tierra Santa.

DIÓCESIS	FECHA en que se hace efectiva	NOMBRE DEL COMISARIO	Casa a cuyo cargo viene el giro	PESETAS
Almería .....	25 Mayo .....	D. José Escribano .....	Giro postal .....	150,60
Astorga .....	3 Enero .....	• Felipe Arias .....	Cheque cl Sres. García Calamarte.	1.131,00
	20 Noviembre .....		Entrega D. Lorenzo Moral .....	1.250,00
Avila.....	7 Enero .....	Raimundo Pérez Gil .....	Giro postal .....	512
Badajoz .....	16 Enero .....	• José Henares .....	Letra cl Banco de España .....	2.381,00
Barbastro .....	18 Febrero .....	• Manuel Sesé .....	Idem id. D. Francisco Morana .....	74,50
Barcelona .....	19 Diciembre .....	• Tomás Sánchez y González .....	Idem id. Sres. Pérez y Paradinas .....	72,35
Burgos .....	30 Septiembre .....	• Ceferino Calderón .....	Giro Postal .....	372,00
Cádiz .....	21 Diciembre .....	• Juan Galán y Caballero .....	Giro Postal .....	301,10
Calahorra .....	16 Abril .....	• José M. Goy .....	Idem id. Urquijo y C a .....	69,55
Canarias .....	16 Febrero .....	• B. rnabé Cabrera .....	Idem id. Banco de España .....	59,00
Cartagena .....	21 Marzo .....	• Jesús Romero .....	Idem id. Banco Español de Crédito .....	429,12
Ceuta .....	9 Enero .....	• Salvador Ros .....	Libranza del Giro Mutuo .....	215,25
	26 Diciembre .....		Giro postal .....	434,50
Ciudad Real .....	7 Febrero .....		Entrega D. Gonzalo Morales de Setién .....	5,00
Ciudad-Rodrigo .....	15 Diciembre .....		Giro postal .....	6,00
Córdoba .....	18 Febrero .....		Cheque cl Banco Español de Crédito .....	11,00
				105,00
				108,00
				108,15

DIÓCESIS	FECHA en que se hace efectiva	NOMBRE DEL COMISARIO	Casa a cuyo cargo viene el giro efectiva	PESETAS.	— 513 —	
Cuenca.....	14 Diciembre....	Emilio H. Zazo.....	Giro postal.....	50,30		
Granada.....	9 Febrero....	Dionisio Vidal.....	Idem id.....	615,75		
Guadix.....	29 Diciembre....	José Antonio Fajardo.....	Idem id.....	400,00		
Huesca.....	24 Marzo....	Carlos Rodríguez.....	Cheque cl Banco de España.....	142,90		
Ibiza.....	30 Noviembre....	Mariano Riquer.....	Giro postal.....	20,00		
Jaca.....	5 Enero....	» Domingo Barrus.....	Idem id.....	104,32		
Jaén.....	26 Diciembre....	» Cristino Morrondo.....	Idem id.....	15,00		
León.....	31 Diciembre....	» Manuel Domínguez.....	Cheque cl Banco de España.....	874,64		
Lérida.....	27 Octubre....	» Donato Cavia.....	Giro postal.....	25,00		
Madrid.....	14 Diciembre....	Patronato de los Sres. Marqueses de Murillo	Entrega por el año 1913.....	150,00		
Idem.....	31 Diciembre....	D. Mariano Perales.....	Idem id. 1914.....	98,18		
Mallorca.....	28 Agosto....	» Matías Campány.....	Cheque cl Banco de España.....	1.021,41		
Menorca.....	31 Enero....	» Gabriel Vila.....	Giro postal.....	200,00		
Mondoñedo.....	20 Enero....	» Elías Montero.....	Idem id.....	36,00		
Orihuela.....	18 Febrero....	» Joaquín Espinosa.....	Cheque cl Banco Español de Crédito.....	520,82		
Osma.....	24 Diciembre....	» Víctor Hernando.....	Entrega D. Julián P. Ortega.....	290,00		
Oviedo.....	25 Marzo....	» Manuel Collada Valdés.....	Cheque cl Crédit Lyonnais.....	310,65		
Pamplona.....	31 Diciembre....	» Emilio Román Torío.....	Idem id. Banco de España.....	4.310,20		
Plasencia.....	18 Diciembre....	» Policarpo M. a Barco.....	Giro postal.....	6,00		
Salamanca.....	20 Enero....	» Federico de Liñán.....	Entrega D. José González Orduna.....	419,00		
Santander.....	30 Octubre....	» Wenceslao Escalzo.....	Cheque cl Banco de España.....	1.341,30		
Santiago.....	27 Febrero....	» José M. a Abeijón Suárez.....	Idem id. Crédit Lyonnais.....	90,50		
Segorbe.....	2 Enero....	» Manuel Izquierdo.....	Libranza del Giro Mutuo.....	93,00		
	17 Diciembre....	Idem id. id.....	Idem id. id.....	176,00		
Segovia.....	28 Marzo....	Cheque cl Hijo de E. Adrados.....	Cheque cl Hijo de E. Adrados.....	83,00		
Sevilla.....	27 Junio....	Entrega él mismo.....	Entrega él mismo.....	186,25		
				490,55		

DIOCESIS	FECHA en que se hace efectiva	NOMBRE DEL COMISARIO	Casa a cuyo cargo viene el giro efectiva	PESETAS
Sigüenza . . . . .	12 Mayo . . . . .	D. Félix Castaño . . . . .	Giro postal . . . . .	31,60
Tarazona . . . . .	31 Diciembre . . . . .	* José M. a Sanz . . . . .	Idem id . . . . .	10,00
Tarragona . . . . .	26 Diciembre . . . . .	* Francisco Javier Vázquez . . . . .	Idem id . . . . .	160,00
Tenerife . . . . .	6 Marzo . . . . .	» Francisco Soler y Janz . . . . .	Chéque c[ Aldama y C. . . . .	90,75
Teruel . . . . .	19 Septiembre . . . . .	» Salustiano Sánchez . . . . .	Giro postal . . . . .	6,50
Toledo . . . . .	16 Febrero . . . . .	* Segundo Ayala . . . . .	Entrega D. Fructuoso Ayala . . . . .	301,05
	30 Abril . . . . .		Idem id. id . . . . .	615,76
Tortosa . . . . .	8 Enero . . . . .		Libranza del Giro Mutuo . . . . .	916,81
Tuy . . . . .	27 Febrero . . . . .	* Julián Ferrer . . . . .	Idem id Crédit Lyonnais . . . . .	17,00
Urgel . . . . .	17 Enero . . . . .	* Joaquín Rodríguez de Pérez . . . . .	Idem id. id . . . . .	436,03
Valencia . . . . .	19 Enero . . . . .	* Vicente Porta . . . . .	Idem id . . . . .	840,00
Valladolid . . . . .	27 Febrero . . . . .	* Antonio Planas . . . . .	Idem id . . . . .	3 030,00
Vich . . . . .	29 Septiembre . . . . .	* Miguel Marín Sanz . . . . .	Idem id . . . . .	246,00
Victoria . . . . .	24 Diciembre . . . . .	* Ramón Corbella . . . . .	Idem id. Sres. García Calamarie . . . . .	1.320,80
Zamora . . . . .	29 Diciembre . . . . .	* Joaquín Padilla . . . . .	Entrega D. Clodoaldo Padilla . . . . .	1.343,57
Zaragoza . . . . .	13 Febrero . . . . .	* Cesáreo Otero . . . . .	Giro Postal . . . . .	3,00
		* Gregorio Marco . . . . .	Idem id . . . . .	53,00
			TOTAL GENERAL . . . . .	25.290,95

NOTA.—Las Comisarías de Orense, Palencia y Tudela, rindieron sus cuentas con anticipación y fueron incluidas en la anterior Relación. No han rendido cuenta las de Lugo y Málaga. Han manifestado no haber obtenido recaudación alguna las de Albarracín y Coria, y ha justificado la falta de remisión de la cuenta en tiempo oportuno la de Gerona.

Importa esta cuenta las figuradas veinticinco mil doscientas noventa pesetas con noventa y cinco céntimos.—Madrid, 1.<sup>o</sup> de Enero de 1915.—El Jefe de la Sección, *Servando Crespo*.

CONSTITUTIO APOSTOLICA  
DE SACRO TER PERAGENDO  
IN DIE SOLEMNIS COMMEMORATIONIS OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM.  
BENEDICTUS EPISCOPUS  
SERVUS SERVORUM DEI  
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Incruentum Altaris sacrificium, utpote quod a sacrificio Crucis nihil naturâ ipsâ differat, non modo caelitibus afferre gloriam, et iis qui in miseriis huius vitae versantur ad remedium et salutem prodesse, sed etiam ad animas fidelium qui in Christo quieverint expiandas quamplurimum valere, perpetua et constans Ecclesiae sanctae doctrina fuit. Huius vestigia et argumenta doctrinae, quae quidem, saeculorum decursu, tum christianorum universitatem praeclarissimis affecit solaciis, tum optimum quemque in admirationem infinitae Christi caritatis rapiuit, in perpetuistis latinae et orientalis Ecclesiae Liturgiis, in scriptis Sanctorum Patrum, denique in pluribus antiquarum Synodorum decretis expressa licet et manifesta deprehendere. Id ipsum autem Oecumenica Tridentina Synodus sollemniore quadam definitione ad credendum proposuit, cum docuit «animas in Purgatorio detentas fideliam suffragiis, potissimum vero acceptabili Altaris sacrificio iuvari», eosque anathemate percutit, qui dicent, sacrum non esse litandum «pro vivis et defunctis, pro peccatis, poenis, satisfactionibus et aliis necessitatibus.» Neque vero rationem agendi huic docendi rationi dissimilem unquam secuta est pia Mater Ecclesia; nullo enim tempore destitit Christifideles vehementer hortari, ne patarentur, defuncrorum animas iis carere utilitatibus,

quaæ ab eodem Missae sacrificio uberrime profluarent. Quia tamen in re hoc laudi Christiano populo verti debet, nunquam eius pro defunctis studium industria mque defuisse: ac testis Ecclesiae historia est, cum fidei caritatis virtutes altius insiderent animis, actuosiorē tunc operam et reges et populos, ubicumque patebat catholice cum nomen, in eluendas Purgatorii animas contulisse

Ea ipsa profecto effecit tam incensa maiorum pietis, ut, plura ante saecula, in Regno Aragoniae, consuetudine pauplatim inducta, die Sollemnis Commemorationis omnium defunctorum sacerdotes saeculares sacrum bis peragerent, ter vero regulares; quod privilegium Decessor Noster immortalis memoriae Benedictus XIV non modo, iustis de causis, confirmavit, verum etiam, rogatu Ferdinandi VI Hispaniarum Regis Catholici, itemque Ioannis V Lusitaniae Regis, Litteris Apostolicis, die xxvi mensis Augusti a. MDCCXLVIII datis, ita produxit, ut cuilibet sacerdoti e regionibus utriusque Principi subiectis facultatem facere ter eadē in Sollemni Commemorationi litandi.

Procedente autem tempore, permulti, tum sacrorum Antistites, tum ex omni ordine cives, iterum et saepius supplices preces Apostolicae Sedi adhibuerunt, ut eiusmodi privilegio ubique gentium liceret uti: eademque de re a proximis Decessoribus Nostris et a Nobis metipsis, in hisce Pontificatus Nostri primordiis, postulatum est hanc semel. Nec vero dixeris, causas, quae ad propositum olim afferrentur, iam nunc defecisse: quin immo et exstant adhuc et ingravescunt in dies. Etenim Christifideliū, qui Missas in defunctorum solacium celebrandas vel quovis modo statuerint vel testamento legaverint, pia haec instituta et legata dolendum est partim deleta esse, par-

tim ab iis negligi qui minime omnium debeant. Huc accedit, ut ex iis ipsis, quorum explorata religio est, non pauci redditum imminutione cogantur, ad contrahendum Missarum numerum, supplices Apostolicam Sēdēm adire.

Nos igitur, denuo conscientiam eorum graviter onerantes, qui suo hac in re offici non satisfaciant, caritate defunctorum animas, qua vel a pueris incensi sumus, vehementer impellimur, ut omissa cum ingenti earum detrimento suffragia, quantum in Nobis est, aliquo pacto suppleamus. Ea quidem miseratio hodie maiorem in modum Nos permoveat, cum, luctuosissimi belli facibus Europae fere omni admotis, cernimus ante Nostros pene oculos tantam hominum copiam, aetate florentium, immaturam in praelio mortem occumbere; quorum animabus expiandis etsi defutura non est propinquorum pietas, eam tamen necessitati parem quis dixerit? Quandoquidem vero communis omnium Pater divino consilio facti sumus, filios vita functos, Nobis carissimos et desideratissimos volumus, paterna cum largitate, congesti e Christi Iesu meritis thesauri abunde participes efficere.

Itaque, invocato caelestis Sapientiae lumine auditisque aliquot Patribus S. R. E. Cardinalibus e Sacris Congregationibus de disciplina Sacramentorum et Sacrorum Rituum, haec quae sequuntur in perpetuum statuimus.

I. Liceat omnibus in Ecclesia universa Sacerdotibus, quo die agitur Sollemnis Commemoratio omnium fidelium defunctorum, ter sacrorum facere; ea tamen lege, ut unam e tribus Missis cuicunque maluerint applicare et stipem percipere queant; teneantur vero, nulla stipe percepera, applicare alteram Missam in suffragium omnium fidelium defunctorum, tertiam ad mentem Summi Pontificis, quam satis superque declaravimus.

II. Quod Decessor Noster Clemens XIII Litteris die XIX mensis Maii a. MDCCCLXI datis concessit, id est ut omnia altaria essent eo ipso Solleennis Commemorationis die *privilegiata*, id, quatenus opus sit, auctoritate Nostra confirmamus.

III. Tres Missae, de quibus supra diximus, sic legantur, quemadmodum, fel. rec., Decessor Noster Benedictus XIV pro Regnis Hispaniae et Lusitaniae praescripsit.

Qui unam tantummodo Missam celebrare velit, eam legat quae in *Missali* inscribitur legenda in *Commemoratione omnium fidelium defunctorum*: eandem adhibeat qui Missam cum cantu celebraturus sit, facta ei potestate anticipandae alterius et tertiae.

IV. Sicubi acciderit, ut Augustissimum Sacramen-  
tum sit expositum pro Oratione XL Horarum, Missae de  
Requie, cum vestibus sacerdotalibus coloris violacei ne-  
cessario dicendae (Decr. Gen. S. R. C. 3177-3864 ad 4),  
ne celebrantur ad *Altare Expositionis*.

Quod reliquum est, pro certo habemus fore, ut omnes catholici orbis Sacerdotes, quamquam sibi licebit die Solleennis Commemorationis omnium fidelium defunctorum semel tam tum litare, velint libenter studioseque insigni privilegio uti quod largiti sumus. Impense vero omnes Ecclesiae filios hortamur, ut, memores officii, quo erga fratres, Purgatori igne cruciatos, non uno ex capite obligantur, frequentes eo die sacris, summa cum religione, interter sint. Ita futurum certe est, ut immensa refrigerationis unda ex tot salutaribus piaculis in Purgatorium defluente, frequentissimae quotannis defunctorum animae inter beatos triumphantis Ecclesiae caelites feliciter cooptentur.

Quae autem hisce Apostolicis Litteris constituimus,

eadem valida et firma perpetuo fore edicimus, non obstante quavis lege antehac lata a Decessoribus Nostris, de Missis non itarandis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die x mensis Augusti anno MCMXV, Pontificatus Nostri primo.—P. CARD. GASPARRI, a *Secretis Status*.—PH. CARD. GIUSTINI, S. C. de *Sacramentis Praefectus*—Loco ✡ Plumbi.—VISA, M. RIGGI, C. A., Not. Reg, in Canc Ap.. N. 78-15.

---

## SAGRADA CONGREGACION DE RITOS

---

URBIS ET ORBIS

DECRETUM DE TRIBUS MISSIS IN DIE SOLLEMNIS COMMEMORATIONIS OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM CELEBRANDIS.

Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV per Constitutionem Apostolicam sub die 10 huius mensis datam, et privilegium trium Missarum in die sollemnis Commemorationis defunctorum celebrandarum a Decesso-re suo, fel. rec., Benedictus XIV Hispaniae et Lusitaniae ditionibus elargitum, et ipsas tres Missas quas idem Pontifex cuilibet sacerdoti in iisdem regionibus praescripsit legendas, ad universam Ecclesiam benigne extendere dignatus est.

Ut autem omnibus innotescant praedictae Missae, sacra Rituum Congregatio, de ipsius Sanctissimi Domini Nostri mandato ita in praesenti Decreto eas describit:

Prima Missa est, quae inscribitur in Missali Romano die Commemorationis omnium fidelium defunctorum.

Altera, quae in eodem Missali habetur in anniversario

defunctorum cum sequentia *Dies irae* et Orationibus, ut infra:

ORATIO

Deus, indulgentiarum Domine: da animabus famularum famularumque tuarum refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per Dominum.

SECRETA

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris pro animabus famulorum famularumque tuarum, pro quibus tibi offerimus sacrificium laudis: ut eas sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per Dominum.

POSTCOMMUNIO

Praesta, quæsumus, Domine: ut animæ famulorum famularumque tuarum, his purgatae sacrificiis, indulgentiam pariter et requiem capiant sempiternam. Per Dominum.

Tertia Missa quæ legitur in Missis quotidianis cum sequentia *Dies irae* et Orationibus, ut infra:

ORATIO

Deus, veniae largitor et humanae salutis amator, quæsumus clementiam tuam: ut animas famulorum famularumque tuarum, quæ ex hoc saeculo transierunt, beata Maria semper Virgine intercedente, cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuae beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Dominum.

SECRETA

Deus, cuius misericordiae non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostræ: et animabus omnium fidelium defunctorum, quibus tui nominis dedisti confessionem, per haec sacramenta salutis nostræ cunctorum remissionem tribue peccatorum. Per Dominum.

POSTCOMMUNIO

Praesta, quae sumus, omnipotens et misericors Deus: ut animae famularum fomularumque tuarum, pro quibus hoc sacrificium laudis tuae obtulimus maiestati, per huius virtutem sacramenti, a peccatis omnibus expiatae, lucis perpetuae, te miserante, recipient beatitudinem. Per Dominum.

Servatis de caetero Rubricis nec non peculiaribus Rituibus Ordinum propriis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 11 augusti 1915. — A CARD. VICO, S. R. C. *Pro-Praefectus.* — L ✠ S. — Alexander Verde, *Secretarius.*

CELSONEN.

Hodiernus magister Ceremoniarum Ecclesiae Cathedralis Celsonen, de sui Rmi. Ordinarii consensu, a Sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum resolutio- nem humiliter postulavit, nimirum:

Quum in Hispania omnibus et singulis diebus Octavae Ssmi. Corporis Christi, ex Brevi Apostolico s. m. Pii Papae VI diei 5 martii 1776, de nullo alio festo, etiam primae classis, agatur, nisi de octava, duabus festivitatibus tantum exceptis Nativitatis S. Joannis Baptistae et SS. Apostolorum Patri et Pauli, quaeritur:

I. An Octava Ssmi. Corporis Christi consideranda sit in Hispania tanquam octava primi ordinis Et quatenus affirmative.

II. An Vigiliae S. Joannis Baptistae et SS. Apostolorum Petri et Pauli infra dictam Octavam ocurrentes, commemorandae sint, vel potius omittendae?

III. An Octavae particulares ibidem obrumpendae sint, adveniente festo Ssmi. Corporis Christi?

Et Sacra eadem Congregatio, auditio specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, rescribendum censuit:

Ad I. *Negative*, sed tantum secundi ordinis, juxta novas Rubricas.

Ad II. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

Ad III. *Negative*, Atque ita rescripsit Die 29 junii 1915.—A. CARD. VICO, *Pro Praef.*—Philippus di Fava, *Substus*.

(Del *Boletin O. E. de Solsona*).

---

## DUBIA

Sacrae Rituum Congregationi sequentes quaestiones pro opportuna solutione proposita fuerunt; nimirum:

I. An Commemoratio de Anniversario electionis et consecrationis Episcopi in Missis lectis prohibeatur diebus infra octavas privilegiatas, ritus semiduplicis?

II. An diocesana lege prohiberi possit domorum benedictio diebus Sabbathum sanctum proxime praecedentibus, imo toto tempore quadragesimali, ne talis benedictio a fidelibus ut paschalis aestimetur, et magna exinde confusio oriatur in populo?

Et Sacra eadem Congregatio, auditio specialis Commissionis suffragio, propositis quaestionibus ita respondendum censuit:

Ad I. *Negative*.

Ad II. In casu, affirmative juxta decreta.

Atque ita rescripsit et declaravit. Die 2 iunii 1915  
A. CARD. VICO, S. R. C. *Pro Praefectus*.—L. ✕ S.—  
Alexander Verde, *Secretarius*.

## DECRETUM

### DE IMAGINIBUS BEATORUM PUBLICAE VENERATIONI EXPOSITIS

Expostulatum est a sacra Rituum Congregatione: utrum imagines seu statuae alicuius Beati, formaliter beatificati, publicae fidelium venerationi in ecclesiis seu oratoriis publicis expositae, amoveri posint auctoritate respectivi Ordinarii?

Et sacra eadem Congregatio proposito dubio ita respondendum censuit: Si adfuit indultum apostolicum, vel tantum expositionis praedictarum imaginum seu statuarum vel maius indultum célébrandi festum cum Officio et Missa de Beato (quo in casu facultas continentur exponendi memoratas imaginis, seu statuas), *negative; secus affirmative.*

Atque ita rescripsit et declaravit Die 24 iulii 1915.—  
A CARD. VICO, S. R. C. Pro-Praefectus.—L. ✠ S.—Alexander Verde, Secretarius.

---

## ORACION DE LAS LETANIAS LAURETANAS

---

De un tiempo a esta parte se observa entre nosotros mucha diversidad, respecto a la oración con que han de terminarse las Letanías de la Santísima Virgen.

Muchos dicen la oración «*Gratiam tuam*» y otros recitan la de la fiesta del Santísimo Rosario «*Deus cuius Unigenitus*», y aún algunos, a continuación de los «*Agnus*» añaden la antífona «*Sub tuum praesidium*».

Estas diferencias están llamadas a desaparecer desde el momento en que la Santa Sede ha pronunciado la última

palabra con la publicación del novísimo y típico Ritual Romano, editado por orden del finado Pontífice Pío X.

En las Letanías Lauretanas de la Bienaventurada Virgen María contenidas en el referido Ritual, se nota:

I.º La ausencia de la antífona «Sub tuum praesidiuum» (la cual, por lo tanto, no debe decirse en este caso), y

2.º Que los versículos y oración varían según el tiempo.

He aquí cómo se expresa el Ritual, respecto a este segundo extremo.

«Pro temporis diversitate sequentia mutantur et quidem».

A purificatione usque ad Pascha et post tempus Paschale usque ad Adventum Domini:

V. «Ora pro nibis sancta Dei Genitrix.»

R. «Et digni efficiamur promisionibus Christe.»

OREMUS

«Ccede nos famulos tuos, quae sumus Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beatae Mariae semper Virginis intercessione a praesenti liberari tristitia, et oeterna perfrui laetitia. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.»

Ab Adventu usque ad Nativitatem Domini:

V. «Angelus Domini nuntiavit Mariae.»

R. «Et concepit de Spiritu Sancto.»

OREMUS

Deus, qui de beatae Mariae Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: praesta supplicibus tuis; ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

A Nativitate Domini usque ad Purificationem B. M. V.

V. «Post partum, Virgo, inviolata permansisti.»

R. «Dei Genitrix, intercede pro nobis.»

OREMUS

Deus, qui salutis aeternae, beatæ Mariae virginitate foecunda, humano generi praemia praestitisti: tribue, quasumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus per quam meruimus auctorem vitae suscipere, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. R. Amen.

TEMPORE PASCHALE

R. «Graude et laetare, Virgo María, alleluja.»

R. «Quia surrexit Dominus vere, alleluja.»

OREMUS

Deus, qui per resurrectionem Filii tui Domini nostri Jesu Christi mundum laetificare dignatus es: praesta quasumus ut per ejus Genitricem Virginem Mariam perpetuae capiamus gaudia vitae. Per eumdem Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

A primer golpe de vista se conoce que estas oraciones son las mismas que acostumbran a decirse, según el tiempo, en las Misas votivas de la Santísima Virgen.

Al reparo que podría ponerse de que no es fácil al pueblo aprender dichas oraciones, se contesta diciendo que las indulgencias de las letanías están vinculadas, según la «Raccolta» (página 236 y siguientes) a lo que rigurosamente son Letanías, esto es, hasta el «Agnus Dei» inclusive, conforme anota Berinyer; por consiguiente, no deben ser inquietados los fieles que en sus rezos privados han continuado diciendo al fin de las Letanías Lauretanás alguna otra oración, v. g. «Gratiam tuam.»

(Del *B. E. de Vitoria*).

## DOCUMENTOS CIVILES

### IMPORTANTE RESOLUCIÓN

Administración de Propiedades e Impuestos de la provincia de Cáceres.—Negociado de Consumos.

Por esta Administración se ha dictado con fecha de ayer el acuerdo siguiente:

Sr. Administrador: Vista la reclamación individual suscrita por D. Juan Luengo Sánchez, vecino del pueblo del Rebollar Valdastillas contra el Repartimiento Gremial de Consumos del mismo respectivo del corriente año así como la reclamación colectiva que firma Antonio Domínguez y otros varios vecinos y la misma reclamación colectiva suscrita por Telesforo Avila y demás vecinos que fundaran en él en contra del citado Repartimiento gremial.

Resultando que con fecha 8 del actual recurrió en alzada D. Juan Luengo Sánchez, cura párroco del pueblo del Rebollar anejo al de Valdastillas de la cuota de 130 pesetas que le han sido impuestas en el Repartimiento Gremial de este último pueblo de Valdastillas, respectivo al corriente año, acompañando a su reclamación recibos satisfechos desde el año de 1901 para probar lo exagerado de la cuota de que recurre puesto que en el año que la satisfizo más alta fué esta 50 pesetas en 1913.

Resultando que en la misma fecha de 8 de Julio recurrieron ante V. S en escrito que firman Pedro Serrano, Mariano Santa María, Antonio Domínguez, Anastasio de la Calle, Matías Montero, Pedro Fernández y otros varios vecinos cuyas firmas resultan ilegibles denunciando abusos cometidos en la confección del Repartimiento Gre-

mial de Consumos de Valdastillas respectivo al corriente año.

Resultando que en la citada fecha de 8 de Julio actual acudieron ante esta Administración en instancia, Telesforo Avila, Juan Rilobos, Aniceto Moreno y otros varios vecinos, solicitando la anulación del citado Repartimiento Gremial por carecer de las formalidades legales.

Considerando que D. Juan Luengo Sánchez, cura párroco del Rebollar, ha justificado debidamente ante esta Administración, que en los catorce años transcurridos a partir desde 1901 al 1914 ambos inclusive, la cuota mayor que le ha sido impuesta lo fué en el año 1913 en que satisfizo la de 50 pesetas, habiendo satisfecho en el pasado año de 1914 la de 48 pesetas, razón que aconseja el que no sea rebasada esta cifra de 48 pesetas como imposición en el presente año, pues otra cosa pugnaría con los más elementales principios de la justicia.

Considerando que las dos reclamaciones colectivas que han quedado reseñadas en los dos resultados últimos anteriores, no pueden ser estimadas por la Administración, puesto que carecen de prueba bastante para ello; el oficial que suscribe propone a V. S. se sirva ordenar: 1.º Que se le imponga al reclamante D. Juan Luengo Sánchez la cuota de 48 pesetas en el Reparto Gremial de Valdastillas del corriente año. 2.º La desestimación en todas las demás reclamaciones formuladas en contra del mismo Reparto. V. S., no obstante, acordará.—Cáceres, 27 de Julio de 1915.

P. S. Eduardo Carrasco.—Rubricado.—Conforme P. S.  
—Emilio Tortosa.—Rubricado lo que le notifico a V. para su conocimiento el de la representación e interesado recla-

mantes. Debiendo manifestarle que caso de no hallarse conforme pueden recurrir en alzada ante el señor delegado de Hacienda de esta provincia dentro del término de quince días con arreglo a lo prevenido en la Real orden de 18 de Marzo de 1904 remitiendo V. a esta Administración las diligencias de notificación dentro del plazo del tercer día para que surtan sus efectos en el respectivo expediente.—Dios guarde a V. muchos años.—Cáceres, 28 de Julio de 1915.—P. S.—Emilio Tortosa.—Hay un sello, Sr. Alcalde de Valdastillas.

Es copia de su original a que me remito.

Valdastillas a 5 de Agosto de 1915.

Enmendado entre líneas 1913 vale.

*Domingo Torres.*

Sr. D. Juan Luengo Sánchez.

---

## Collationes Morales

pro Mense Octobris

1.<sup>a</sup>

### *Quaestio Dogmatica*

Notio potestatis legislativae Ecclesiae.=Objectum ejus.=Utrum infallibilitas annexa sit exercitio talis potestatis.=Thesis =Legislativa Ecclesiae potestas pro materia habet tam res fidei et morum quam res disciplinae.

### *Quaestio Moralis*

Quae jure consanguinitas et intra quos gradus matrimonium dirimat.=Quando simplex quando vero multiplex sit consanguinitas =Methodus adhibenda ad consanguinitatem detegendam.

*Casus*

Antonius matrimonium, bona fide absque dispensatione, contraxit, cum Maria filia illegitima Petri cuius avus fuit proaviae Antonii frater.=Quid de tali matrimonio.

2.<sup>a</sup>

Quid sit cognatio spiritualis et inter quos matrimonium dirimit.=Conditiones requisitae ad tales cognationem contrahendam =Quid praesertim de tactu tenendum.

*Casus*

Thomas parochus et Silvius ejus coadjutor inter se disputant circa conditionem tactus phisici ad cognitionem spiritualem contrahendam requisitam. Thomas defendit matrinam baptismi non contrahere quamvis infantem deferat, et cum propœ fontem, patrino tradat, et quamvis patrinum infantem tenentem comitetur, et post baptismum e manibus patrini infantem inmediate accipiat. Silvius vero afirmativam sententiam omnino tenendam asserit.= Quid ad casum.

*Quaestio Liturgica*

Quid de tribus Missis in die Omnium Fidelium deficitorum celebrandis nuper dispositum a Sancta Sede, pro universa Ecclesia sit.



## Consagración del Ilmo. Sr. Obispo de Plasencia

---

El día 14 del corriente, festividad de la Exaltación de la Santa Cruz tuvo lugar en la Catedral de Oviedo la consagración episcopal del Ilmo. Sr. Dr. D. Angel Reguera López, Obispo de Plasencia.

Ofició de Consagrante el Emmo. Sr Cardenal Guisasola, siendo asistentes los Ilmos. y Rdmos. Obispos de Oviedo y León.

Durante la solemne ceremonia ocuparon lugar preferente en el Presbiterio el Excmo. Sr. Arzobispo de Valencia Sr. Menéndez Conde, el padre y hermanos, y padrinos de Consagración del consagrando.

Al acto asistieron el Ayuntamiento de Oviedo en corporación, comisiones del Cabildo y del Ayuntamiento de Plasencia y del de Benavente, Autoridades locales y numerosísimo público, que de este modo quiso demostrar la gran estima y aprecio, en que tiene al nuevo Obispo de Plasencia.

Felicitamos efusivamente al Ilmo. Sr. Reguera, y pedimos al Cielo le conceda abundantes gracias para el cumplimiento de los deberes, anejos a su elevado cargo, y que su apostolado sea muy fecundo en bienes, especialmente espirituales, para sus diocesanos.

---

## Suscripciones abiertas en el Obispado de León

	PTAS. CTS.
<i>Para las Misiones de África</i>	
De Solanilla.....	1 »
De Cabrera de Almanza.....	2 »
El Párroco de Triollo .....	1 »

## Santas Misiones

*En Boca de Huérgano* — Tuvo lugar en este pueblo con asistencia del de Villafreá, desde el 20 al 27 del próximo pasado Junio, una santa misión, dirigida por los Reverendos P. P. Miguel Obeso y Victoriano Izquierdo S. J. Prueba del fruto con ella obtenido ha sido el número de comuniones distribuidas, que se elevó a 800, no contando los dos pueblos más que 300 almas de comunión.

*En Pedrosa del Rey*. — Los mismos P.P. dieron misiones en este pueblo, asistiendo también a ellas los fieles de Salio, los días comprendidos entre el 27 de Junio y 4 de Julio y siendo entre los dos pueblos solo 300 almas de comunión, las comuniones distribuidas durante los siete días fueron 780.

*En Barniedo*. — Los R.R. P.P. Victoriano Izquierdo y Román de S. Miguel han dirigido una misión en este pueblo desde el día 12 al 19 de Septiembre actual, asistiendo también Los Espejos, y, siendo los dos pueblos bastante pequeños, se distribuyeron 790 comuniones.

En todos los pueblos misionados son muchas las personas que siguen comulgando diariamente.

Lo mismo los P.P. Misioneros, que los Sres. Sacerdotes, han trabajado cuanto estuvo de su parte para lograr el mayor fruto.

---

## NECROLOGÍA

---

Núm. 13

El día 6 del próximo pasado Agosto falleció, después de recibir con gran fervor los Santos Sacramentos y la B. A., el Benemérito párroco de Villasper, D. Manuel Aparicio. Pertenecía a la Asociación de Sufragios y tenía aplicadas las misas, por tanto los socios celebrarán por él la de Reglamento.

R. I. P.

El Ilmo. y Rvmo. Sr. Obispo concede en la forma acostumbrada 50 días de Indulgencia a los que en favor de dicho difunto hicieran sufragios.